



Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

36. Tres coronæ S. Petri martyris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

iscera mota piæ M atris , miserata ruinam ,
 Assisij implorat Numen amantis , opem .
 Adfuit eximij mox tertius Ordinis (a) Auctōr ,
 Iratâquè faces præripiuere manu .

(a) S. Dominicus

S Y M B O L U M 36.

Tres Coronæ S. Petri Martyris Ordinis PP. Præd: quas depingitur manu gestans.

Nectitur e niveo tibi Petre corolla colore ,
 Dequè triumphatà Lilia carne niuent .
 Dumquè domas fidei doctis sermonibus hostes ,
 Debentur studijs I aurea Serta tuis .
 Sanguinis in terram successit Laurea fusī ,
 Aurea Te cœlis Petre Corona manet .

S Y M B O L U M 37.

Triā lilia S. Aegidij socij S. Francisci.

Ambigit eximus Princeps , sed fuste docetur :
 Quo Minor e terrâ Lilia terna citat .
 Lilia quæ nivei sunt argumenta pudoris
 Virginis intactæ Christi-parentis , erant .
 Ante , sub , a partu castam dubitare Mariam
 Ter , Trias , Aegidi Te docet esse nefas .

S Y M B O L U M 38.

Triplex ordo ad cœlos ascendentium ac Cruces trifariam Portantium. Gerardus de Frachero.

Ordo triplex quondam visus concendere cœlos ,
 Non uno , at triplici schemate ferre crucem .

Tol.